

Istaél ter in anno ad tabernaculum vel templum Domini peregrinarentur, quod præceptum studiosè seruabat Hæc, & Anna vxor eius i. Reg. 1. necnon Christus ipse cum matre sua, & S. Josepho Luc. 2. Ioan. 12. etiam Gentiles veniebant adorare in Hierusalem propria regione relicta. Añor. 8. Eunuchus Aethiops ex longinquâ re-gione veniebat adorare in Hierusalem. Añor. 20. Paulus ipse festinabat in itinere, vt in Hierusalem faceret Pentecosten. quem locum adducit Hieronymus in epistola 17. ad Marcellam, vt ostendat bonum esse ad loca sancta peregrinari. Hæc igitur exempla ex Scripturis petita, quæ nullo modo reprehendi possunt, satis indicant, non esse inanem peregrinationem.

S E C U N D O probatur ex Patribus. **E V S E B I U S** lib. 6. hist. cap. 9. Alexander, inquit, Hierosolymam adorandi, & lacorum Sanctorum videndi causa properauit. Idem refert Hieronymus libro de viris illustribus in Alexandro. Porro iste Alexander floruit centum annis ante tempora Constantini, & Martyr fuit sanctissimus, quem etiam mirifice laudant Magdeburgenses Centuria 3. cap. 10. in principio. Ex quo apparet mendacium esse Magdeburgensem, quod cœperint peregrinationes ad loca sancta tempore Constantini. **S. NICOLAUS** quoq; adolescens ante Constantini imperium voti causa peregrinus est in Hierusalem, auctore Simeone Metaphraste. Idem Eusebius libro tertio, de vita Constantini, & Ambrosius oratione de obitu Theodosij laudat Helenam, quod religionis causa Hierosolymam iuerit.

G A V D E N T I V S Episcopus Brixianus in sermone de dedicatione templi scribit, se peregrinatum in Hierusalem, & in itinere, cum transiret per Cesaream Cappadociæ accepisse dono à duabus sanctis mulieribus, neptibus magni Basilij, reliquias X. L. Martyrum.

I O A N N E S C H R Y S O S T O M U S hom. 66. ad populum Antiochenum, circa finem, comparans sepulcra Martyrum cum sepulcris Regum: Itaque, inquit, quo regias quidem aulas videat, nullus unquam peregrinus fuerit: multi vero Reges plerumq; huius spectaculi gratis peregrinati sunt: futuri namque iudicij vestigia, & signa Sanctorum ades exhibent, vbi demones flagellantur, corriguntur homines, & liberantur.

H I E R O N Y M U S epist. 17. ad Marcellam: Longum est, inquit, nunc ab ascensi Domini usque ad presentem diem per singulas etates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica viorum venerint Hierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiam, nec summan, ut dicitur, maxam accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorasset locis, de quibus primù Euangelium de patibulo coruscaverat. Item in epist. 27. de obitu Paulæ: Cuius, inquit, genitū homines ad loca sancta non veniunt? In epist. 46. ad Rusticum, qui voverat peregrinari ad loca sancta Palæstina: Redde, inquit, quod prefente Domino sponsisti. incerta est vita mortalium, ne anterapiaru, quam

A tuam implas spensionem. Denique epist. 15. 4. ad Desiderium, hortatur illum, vt veniat ad loca sancta, & inter alia dicit: Certe adorasse vbi steterunt pedes Domini, pars fidei est.

S V P E R I T I V S lib. 2. sacræ historiæ describens acta Helenæ dicit, illud esse mirandum Hierosolymis, quod in loco, vnde Dominus cœlum ascendit, adhuc seruentur pedum eius vestigia, & cum ad eum locum vndiq; fideles confluant, & rapti aliquid calcarati pulueris, damnuantamen arena non sentiant.

P A V L I N U S epistol. 11. ad Seuerum: Non aliter, inquit, affectus homines ad Hierosolymam rapit, nisi vt loca, in quibus corporaliter praesens fuit Christus, videant, arg, contingent. Et natali 13. S. Felicis scribit, turbas innumerabiles ex remotissimis locis peregrinari solitas ad corpus S. Felicis.

P R V D E N T I V S in hymno de SS. Hemiterio & Chelidonio:

Exteri necnon & orbis
Huccolonus aduenit.
Fama nam terras in omnes
Præcurrit prodrivix
Hic patronos esse mundi,
Quos precantes ambiant.

A V G U S T I N U S epist. 137. ad clerum & populum Hipponensem: Elegi, inquit, aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent, ad locum sanctum se peregrinatos.

C A S S I A N U S lib. 4. de institutis renunciantium, cap. 31. meminit Monachorum, qui orationis causa ad loca sancta peregrinavit: Quidam, inquit, fratrum ad loca sancta de Aegypti partibus orationis causa conuenerant.

S O C R A T E S lib. 7. capite penultimo scribit, Eudociam Theodosij iunioris uxorem ex voto Hierosolymæ peregrinationem suscepisse. Sanctum Alexiump peregrinatum ad nobiliores Ecclesiæ mundi, scribit Simeon Metaphrahest in eius vita.

B E D A lib. 5. hist. cap. 7. scribit Regem Cœduallam peregrinationem ad limina Apostolorum suscepisse, cupientem ibi Baptismum suscipere, & mox à Baptismo ex hac vita migrare. Quorum utrumque imperavit; nam in Sabbatho S. à Papa Sergio baptizatus, in ipsa hebdomada Paschæ, in albis positus, leui morbo corruptus migravit ad Dominum. Item capite 20. scribit Regem Cœnredum reliquo regno peregrinationem ad Apostolorum limina suscepisse, & apud eadem limina in ieiuniis & precibus usque ad vitæ finem permanisse.

N I C O L A U S LINI epistola ad Michaëlem scribit, multa millia hominum ex omnibus terræ finibus confluere solita ad limina Apostolorum religionis causa.

P A L L A D I V S in hist. Lausiaca, cap. 113. scribit Philoroomum, Presbyterum bis voti causa peregrinatum Hierosolymam, & item ex voto peregrinatum Romam ad limina Apostolorum,